

humanam vitam bonum ratio collegit completi, tanto etiam dividit hoc constitutoria nostre vita magnum quid malum perficit ac perneciosum [sic]. Tua vero beatitudo ecclesie prestans rebus competenter satage copulare utraque velut hoc etiam 5 per prudentissimos Legatos tuos Sanctitatis pure cognovimus quibus potestatem de inter nos familiarissime unionis convenientiis libere tradidit et per huiusmodi laudabile principium omne complevit. Quia igitur et nostra pietas e vestigio sequens tuam Sanctitatem sua subintulit ad expletionem huiusmodi 10 salutaris studii, sicut etiam per tuos prudentissimos discipulos Legatos. et per euos eis missos illustres viros ex imperio nostro, restat utique tuam quoque precepsam beatitudinem, quecepit huiusmodi ceptum. finem quoque ponere ceptui competentem. Si vero corporaliter quoque nos uniri et ad ecclesiarum unitio- 15 nem sicut possibile est collaborare. ac perficere hanc pacis largitor velit. sit hoc quoque divinę pietatis maximum beneficium.

Valeat secundum animam simul et corpus tua pretiositas et pro nostra pietate ferventius oret. † Missa ab a deo custodita civitate mense aprili quartę indictionis.

5*.

Ιων Αγιάτατε πάπα τὸ μετὰ | τῶν φρονιμωτάτων ἀποκρισιαρίων | τοῦ πανευγενεστάτου ῥηγὸς Φραγγίας σταλὲν τῇ βασιλείᾳ μου γράμμα τῆς σῆς | ἀγιότητος διεκομισθη καὶ ὑπανεγνώσθη αὐτῇ διπερ ἐδῆλου | περὶ τοῦ ῥηθέντος πανευγεστάτου ῥηγὸς Φραγγίας 5 οὗτοι ἔκληγματα μετὰ καὶ ἑτέρων ἐνδόξων οὐκ διλέγων ἀνδρῶν, εἰς τὴν 2ον δῖδυ τοῦ θεοῦ, δι' ἐκδίκη||σιν τῶν ἀγίων ἐκκλησιῶν καὶ διὰ τὸ κατα-

* Περγκρηνή μήκους 4,43, πλάτους 0,38. Σύγκειται ἐξ ὅκτὼ τεμαχίων ἀνίσου μήκους. Ἐν ἀρχῇ ἐπίτατλον κυριοῦ καὶ χρυσοῦ, ἐπ' ἵσης δ' ὅλη ἡ φᾶς ἀπάντημος διὰ κοσμήματος κυριοῦ καὶ χρυσοῦ. Τὰ γράμματα δύχουνται μέγεθος 0,08. Ἐπογεγραμμέναι δὲν ὑπάρχουσι, τὸ δὲ η τῆς δοτικῆς ἔχει τὸ σχῆμα s. Κεφαλαῖα γράμματα λείπουσι. Τὰ γράμματα μίμεως κάτωθιν χαραγμάτων, συγένεντα προπτόμενα αὐτῶν, χαράγματα δὲ καθίτεκτα ὑπάρχουσι καὶ χαριν τῆς φᾶς καὶ τοῦ ἐπιτίτλου. Τινὰ γράμματα καὶ τοὺς τόνους δικηρεῖς διὰ δύο τεμαχίων. Ὁποιασδήποτε τῶν κολλήσεων τῶν τεμαχίων οὐδέποτε εἶναι γεγραμμένον.

"Οποιασδήποτε τῶν τόνους τόνους δικηρεῖς διὰ δύο τεμαχίων." 2 193 Exortatur Imperator Græcorum Ecclesi-



ΧΡΥΣΟΥΝ ΓΡΑΜΜΑ ΜΑΝΟΤΗΛΑ ΚΟΜΝΗΝΟΤ (1178) ΕΝ ΤΩΙ ΑΡΧΕΙΟΙΣ ΤΟΥ ΒΑΤΙΚΑΝΟΥ
(Κόλλα πρότυ)

σχεθῆναι | τὴν Ἐδεσσαν παρὰ τῶν ἀθέων ἔχθρῶν τοῦ θεοῦ· ἀγα-
μακθοῦσα οὖν ἡ βασιλεία | μου τὴν τοιεύτην συγκίνησιν, μεγάλως
αὐτὴν ἀπεδέξατο· ὡς εἰς ὥρελεικν τῶν || Χριστιανῶν γενησομένην. γον
καὶ | κατάπτωσιν καὶ ἀφανισμὸν | τῶν ἀθέων ἔχθρῶν τοῦ θεοῦ καὶ
έτοιμη | ἐστὶ καὶ ἡ βασιλεία μου εἰς τὸ ἀποδέξασθαι τούτους καλῶς· δ
καὶ | πόρους αὐτοῖς εὔτρεπτοι | καὶ πανηγύρια· πλὴν θέλει καὶ ἡ
βασιλεία μου || Ἱνα καὶ ἔχεινοι τὰ εἰς τιμὴν | ταύτης ποιήσωσι, καθὼς 40
ἔπιποντος καὶ οἱ προξειλθόντες | Φράγγοι, εἰς τὸν ἐν βασιλεῦσιν | ἀο-
διμον πάπικον τῆς | βασιλείας μου· ἀγωνισθῆτω οὖν | πρὸς τοῦτο καὶ
ἡ ἀγιωσύνη σου· | ὡς δὴ θεοῦ χάριτι χρηματίζουσα τοῦ θελήματος 10
τοῦ || θεοῦ· ἡ δὲ βασιλεία μου σφόδρα | ἔθανμαζε, πῶς μέχρι τοῦ νῦν δον
| οὐκ ἀπέστειλε ἀποκρισιαρίους | πρὸς αὐτὴν ἡ ἀγιωσύνη σου· καὶ
περὶ | τῶν θεοπαρόχων αὐτῆς ὑγειῶν | τῇ βασιλείᾳ μου [οὐκ] ἔγραψε·
μεγάλην | γάρ πρὸς αὐτὴν ἡ βασιλεία μου πίστιν καὶ | διάθεσιν κέκτη-
ται· διὰ τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτῇ τῶν ἀρετῶν | κοσμιότητα· ἡ δὲ ἀγία 15
εὐχὴ τῆς || ἀγιωσύνης σου, χαρισθείη | τῇ βασιλείᾳ μου· ἔρρωσο ἀγιώ-
τατε πάπα. | (έρυθρὰ) † μηνὶ Αὐγούστῳ ἱνδικτιῶνος, θης †

(Κατωτέρω χρυσᾶ) † ἀπελύθη ἀπὸ τῆς θεοφρουρήτου μεγαλοπόλεως μηνὶ Αὐγούστῳ ἵνδικτιῶνος θ †

(“Οπισθεν χρυσοῖς γράμμασι κεφαλαιοῖς, πλὴν τῶν λέξεων Ρωμαίων δὲ Κομητηνὸς, μετά τινων συμπτύξεων καὶ ἐπιτρήσεων).

Μανουήλ ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς | Πρὸς τὸν ἀγιώτατον |
 βασιλεὺς πορφυρογέννητος ἄναξ | πάπαν
 ὑψηλὸς κρατικὸς αὐγουστος καὶ αὐτοκράτωρ |
 Ριωμαίων δὲ Κομνηνός.

(“Επειταί συγχρόνοις μικροῖς χρυσοῖς γράμμασιν ἢ λατινική
ὑπογραφῇ τίθεται”).

+ Manuel in XPO Deo fidelis Rex Porphyrogenitus altus.

—4-Promo-France

... ut Regem Francie inducat ad devictum reuocandum suo. non queret cum trans-eundo Soldanum devincet Edessam ab infidelibus liberando. A 68.

"Ἄλλη χειρί" Grecorum imperator Summo consilio Onorio auxiliante sponetas
pro Rege Francorum profecto ad recuper. Edessam.

"Αλλη χειρί" 1176

"Αλλη χειρί" Alex. III (Το Alex. ονυματεί τον ονομάτος ΙΙΙΟΝΟΙΟ οιαγεγράψ-
μένου).

"Any xmpl" V

Πανομοσύτυπου τοῦ Ἑλληνικοῦ πρωτοτύπου οὐδὲ εὑ τῷ παρενθέτῳ Μακάρῳ.

ΝΕΟΣ ΕΛΛΗΝΟΜΝΗΜΟΝ ΤΟΜ. ΙΑ'

sublimis. fortis. augustus. et imperator romanorum ὁ Κομνῖνος.

† AD Sanctissimum Papam

6*

† Sanctissime papa cum prudentissimorum apocrisiariis nobilissimi Regis franciæ missa imperio meo littera tuę sanctitatis delata est atque sublecta quę declarabat de predicto prenobilissimo rege franciæ quia movit eum cum aliis quoque nobilibus non paucis viris in viam dei propter ultionem sanctarum ecclesiarum et quia detinetur Edessa ab impiis inimicis dei. Cum didicisset igitur imperium nostrum huiusmodi motionem maxime eam gratiam habuit velut in utilitatem christianorum futuram et ruinam et disparitionem inimicorum dei prestoque est imperium nostrum ad omnes bene recipiendum et transitum eis et panegyria, id est venalium copiam, preparare. Verumtamen vult et imperium nostrum ut ipsi quę sunt ad honorem ipsius faciant, sicut fecerunt et prius egressi franci ad in imperatoribus memorabilem avum imperii mei.

15 Certet igitur ad hoc et tua sanctitas sicut quę tota est dei gratia dei voluntatis. Imperium vero nostrum valde mirabatur quomodo nunc usque non misit apocrisiarios ad ipsum tua sanctitas. et de concessis a deo sibi salutibus non scripsit imperio meo. Magnum enim ad eam fidem et affectionem possidet propter florentem in ea virtutum ornatum. Sancta vero oratio tuę sanctitatis donetur imperio meo. Eρρωτο idest vale ayiōtate idest sanctissime papa. Missa est ab a Deo custodita civitate mense Augusto Indictione nona †.

7**.

† Sanctissimo et beatissimo Primo et Summo Pontifici Apo-
25 stolice Sedis et Universalis Pape. Ac comuni omnium christianorum Patri et reverendissimo Patri Imperij nostri Domini

* Ἐπειται εἰς τὸ ὄπ' ἀρ. 5 ἐν ταῖς κόλλαις 7 καὶ 8. Παρ. δὲ τῶν διποίουν τῆς περγαμηνῆς σημαντικῶν οὐ τὴν ὑπό τὸν κάτεν ἀρθρὸν σημαντικῶν.

** Ὁμοίως ἀναγνώσκονται ταῦτα Michael Imperator constantinopolitanus ac moderator Romeorum profitetur fidem Catholicam specificē arti-

Gregorio. Michael in Christo deo fidelis Imperator et Moderator Romeorum Ducas Angelus Comminus Paleologus spiritualis filius Magne Sanctitatis vestre, convenientem honoren et reverentiam cum sincera et pura affectione et orationum postulationem. Quoniam missi sunt a Magnitudine 5 vestra ad Imperium nostrum nuntij deo placentis ordinis Minorum, videlicet frater Ieronimus de Esculo, frater Raymundus Beringarius, frater Bonagratia de Sancto Johanne in Perseceto et frater Bonaventura de Mugello, et optulerunt(sic) litteras vestre magne Sanctitatis in quibus cum alijs et de 10 professione fidei quam docet et predicit et confitetur Sancta Ecclesia Romana continebatur, et oportebat in hiis magis responsionem nos convenientem facere. Ecce hoc facit Imperium nostrum. Habet autem professio fidei in dictioribus taliter. Credimus Sanctam Trinitatem, patrem et filium et Spiritum Sanctum, Unum deum omnipotentem totamque in Trinitate deitatem coessentialm et consubstantialem, coeternam et coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis, et maiestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia que sunt in celo et in terra, visibilia et invisibilia, corporalia et spiritualia. Credimus singulam quainque in Sancta Trinitate personam unum verum deum plenum et perfectum. Credimus ipsum filium dei verbum dei eternaliter natum de patre. consubstantialem coomnipotentem et equalēm per omnia Patri in divinitate temporaliter natum de Spiritu Sancto et Maria semper Virgine cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex Patre eternam, Alteram ex matre temporalem. Deum verum

culos fidei et sacramenta ecclesiastica prout Romana ecclesia profitetur et multa alia ut in huiusmodi littera auro bulla sua bullata et quadam alia eiusdem tenoris et date missis domino Gregorio pp. X^o apud Lugdunum plenius continetur. actum in urbe Constantinopolitana in palacio Mense Aprilis 6 indictionis VI^o milleno VII^o centeno LXXXV anno. R. VI.

Bb. 25.

'Ἐν δὲ τῷ τίτλῳ τῶν ὅσιοθεν αρχαιωράτων τίτλῳ' Michael imperator et -
derator Romeorum profitetur fidem et asserit christianam.

A. 68.

et hominem verum proprium in utraque natura atque perfectum. non adoptivum neque fantasmaticum. set unum et unicum filium dei in duabus et ex duabus, divina scilicet et humana, naturis, set in unius persone singularitate inpassibilem et immortalem divinitatem, set in humanitate pro nobis et pro salute nostra passum vera carnis passione mortuum et sepultum et descendisse ad inferos, ac tertia die resurrexisse a mortuis vera carnis resurrectione, die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua surrexit, et anima ascendisse 10 in celum et sedere ad dexteram patris, inde venturum iudicare vivos et mortuos et redditurum unicuique secundum opera sua sive bona fuerint sive mala. Credimus etiam Spiritum Sanctum plenum et perfectum verumque deum ex patri et filio procedentem coequalem et coessentialem et coomnipotentem et coeternum per omnia patri et filio. Credimus han Sanctam Trinitatem non tres deos, set unum deum omnipotentem, eternum, invisibilem et incommutabilem. Credimus Sanctam catholicam et apostolicam unam esse Ecclesiam veram, in qua unum datur baptismus et vera omnium remissio 20 peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestamus, et vitam eternam. Credibus etiam novi et veteris testamenti. legis ac prophetarum et apostolorum unum esse auctorem deum ac dominum omnipotentem. Hec est vera fides catholica, et hanc super dictis articulis 25 tenet et predicit Sacrosanta Romana Ecclesia. Set et propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia et ab alijs ex malitia introductos dicit et predicit eos qui post baptimum in peccata labuntur non rebaptizandos, set per veram penitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere 30 penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et omissis eorum animas penis purgatorijs, hoc est catharcerij, quemadmodum frater Johannes nobis notificavit post mortem purgari, et ad penas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia missarum scilicet sacrificia. orationes et Elemosinas et alia pietatis officia, que a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesie instituta. Illorumque animas, qui post sacrum baptismus susceptum nullam omnino macu-

lam incurrerunt. Illas etiam, que post contractam peccati maculam vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exute. prout superius dictum est sunt purgate in celum mox recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato vel cum solo originali deceidunt mox in infernum descendere penis tamen 5 disparibus puniendas, eadem Sancta Romana Ecclesia credit et predicat et firmiter asseverat et quod nichilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt reddituri de factis proprijs rationem. Tenet etiam et docet eadem Romana Ecclesia septem esse ecclesiastica Sacra menta. Unum videlicet baptismus de quo dictum est supra. Aliud est Sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos. Aliud est penitentie. Aliud est Euharistia. Aliud est Sacramentum ordinis. Aliud est matrimonij. Aliud est extrema unio que secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum Eucharistie ex Azimo conficit eadem Romana Ecclesia tenens et docens quod in ipso Sacramento panis vere transubstantiatur in corpus et vinum et sanguinem domini nostri Iehesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod 20 nec unus vir simul plures uxores. nec una mulier simul habere permittitur plures viros. Soluta vero lege matrimonij per mortem alterutrius coniugum secundas et tertias et de inde nuptias successive licitas esse dicit. si impedimentum canonicum ex causa alia non obsistat. Ipsa quoque Sacrosancta Romana 52 Ecclesia sumnum et plenum primatum et principatum super universam Catholicam Ecclesiam obtinens, quem se ab ipso domino in beato Petro, apostolorum principe seu vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine veraciter recepisse ac humiliter recognoscit. et sicut pre 30 ceteris tenetur fidei veritatem defendere, Sic et si que de fide suborte fuerint questiones, suo debent iudicio definiri, Ad quam potest gravatus quilibet in negotijs ad forum Ecclesiasticum pertinentibus appellare, set et in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potest recurri 85 iudicium et eidem omnes Ecclesie sunt subiecte, ipsarumque prelati obedientiam et reverentiam sibi debent. Apud quam sic plenitudo potestatis consistit quod Ecclesias ceteras ad

sollicitudinis partem admittit, quarum multis et patriarchales
 precipue diversis privilegijs eadem Romana Ecclesia hono-
 ravit, sua tamen prerogativa tam in generalibus consilijs, quam
 in quibuscumque alijs semper salva. Superius scriptam fidei
 5 veritatem prout plene lecta est et fideliter exposita. veram san-
 ctam catholicam et orthodoxam fidem esse ipsam cognoscimus
 et acceptamus et ore et corde confitemur, quod ipsam vere
 tenet et fideliter docet et predicit Sacrosancta Romana Ec-
 clesia et inviolabiliter observare ipsam professionem et in
 10 ipsa omni tempore perseverare, et nullo umquam tempore ab
 ipsa recedere quoquo modo aut deviare seu discordare pro-
 mittimus. Primatum quoque eiusdem Sancte Romane Eccle-
 sie sicut in premisso tenore continetur ad ipsius Sancte Ec-
 clesie obedientiam spontanei venientes, confitemur et reco-
 gnoscimus et acceptamus et sponte suscipimus. Confitentes
 15 vero hec appobantes et acceptantes et promittentes observare.
 ut superius dictum est. Rogamus magnitudinem vestram ut
 nostra Ecclesia dicat Sanctum Symbolum, prout dicebat hoc
 ante Sysma et usque ad hodiernum diem. et quod permanea-
 20 mus in nostris ritibus quibus utebamur et ante Sysma. qui
 ritus non sunt contra prescriptam fidem. nec contra divina
 mandata. nec contra vetus et novum testamentum. nec con-
 tra doctrinam Sanctorum generalium Conciliorum et Sancto-
 rum patrum acceptorum per Sancta Concilia, que celebrata
 25 sunt spirituali dominatione Ecclesie Romane. Hoc igitur non
 grave est vestre Sanctitati et non inconsuetum. et nobis nunc
 difficile propter populi immensam multitudinem. Comisimus
 super hijs presentibus nuncijs nostris, ut dicta per presentes
 litteras nostras confiteantur et affirment vice Imperij nostri
 30 coram Magna Sanctitate vestra. Presens igitur scriptum de
 nostra recognitione susceptione acceptatione et professione
 propria manu nostra Dei gratia Imperiali subscriptione signa-
 vimus et Sigillum nostre potentie inferius duximus appo-
 nendum.

35 Hec quidem perfecta fuerunt tunc. Quoniam vero cognatus
 Imperij nostri magnus Logotheta dominus Georgius Acropo-
 lita, ad affirmationem suprascriptorum ex mandato Imperij
 nostri iuravit in presentia beate memorie illius universalis

pape domini Gregorij decimi et tunc congregati apud Lugdunum Sacrosancti Concilij, que de verbo ad verbum sic se habent. Ego Georgius Acropolita et magnus Logotheta nunciūs domini nostri Imperatoris Grecorum Michaelis Duca Angeli Comnini Paleologi, habens ab eodem sufficiens ad in- 5 frascripta mandatum, Omne Sysma prorsus abiuro, et subscri ptam fidei veritatem prout plene lecta est et fideliter expo sita. in nomine dicti domini mei, veram Sanctam, Catholi cam et orthodoxam fidem esse cognosco, eam accepto et corde et ore profiteor. ipsamque prout eam veraciter tenet, fideli- 10 ter docet et predicit Sacrosancta Romana Ecclesia, ipsam inviolabiliter servaturum. nec ab ea ullo umquam tempore re cessurum vel quoquo modo derivaturum¹ vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius Sacrosancte Romane Ec clesie prout in premissa serie continetur, ad ipsius Ecclesie 15 obedientiam nomine ipsius et meo spontaneus veniens, pro ipso et pro me fateor, recognosco, accepto ac sponte suscipio et ipsum omnia premissa tam circa fidei veritatem quam circa eiusdem Ecclesie Romane primatum et ipsorum recognitio nem acceptationem susceptionem observantiam ac perseve rentiam servaturum, prestito in animam ipsius et meam corporaliter iuramento, promitto et confirmo. Sic ipsum et me deus adiuvet et hec sancta Evangelia. Cum sic de verbo ad verbum continens iuramentum iuraverit dictus Magnus Lo gotheta in presentia dicti illius Sanctissimi et beatissimi uni- 25 versalis pape domini Gregorij decimi et dicti apud Lugdu num Sacrosancti Concilij. et nunc Sanctissimus et beatissimus universalis papa et venerabilis pater nostri Imperij dominus Johannes Vicesimus primus, petiit per venerabiles nuncios suos, videlicet Jacobum Ferentin. Episcopum. et Gaufridum 30 Episcopum Taurin. et fratres, hoc est Raynonum priorem conventus Viterbien. et Salvum Lectorem Lucanum, fratres Ordinis predicatorum, ut affirmet, ratificet per corporale Sa cramentum Imperium nostrum ea que dictus Magnus Logo theta iuravit ut sepius dictum est Imperium nostrum perficiens petitionem Sanctissimi Universalis pape et venerabilis patris Imperij nostri domini Johannis Vicesimi primit conse

¹ Παρὰ Theiner-Miklosich καὶ εὐταῦρος καθ' ἡ κατατέρπω διειστήρων.

quenter suprascriptis iurat sic. Ego Michael in Christo deo fidelis Imperator et Moderator Romeorum Ducas Angelus Comminus Paleologus. Omne Sysma prorsus abiuro et suprascriptam fidei veritatem prout plene lecta est et fideliter exposita veniam. Sanctam Catholicam et orthodoxam fidem esse cognosco eam accepto, et corde et ore profiteor, ipsamque prout eam veraciter tenet, fideliter docet, et predicit Sacrosanta Romana Ecclesia me inviolabiliter servaturum. nec ab ea ullo umquam tempore recessurum vel quoquo modo deviaturum vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius Sacrosante Romane Ecclesie, prout in premissa serie continetur ad ipsius Ecclesie obedientiam spontaneus veniens fateor. recognosco. accepto ac sponte suscipio et omnia premissa tam circa fidei veritatem, quam circa ciudem Ecclesie primatum et ipsorum recognitionem acceptiōnem, susceptionem, obser-



ΤΠΟΓΡΑΦΗ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΜΙΧΑΗΛ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ
ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΤΕΛΕΥΤΑΙΩΝ ΣΤΙΚΩΝ ΤΟΥ ΥΠ' ΑΡΙΘ. 7 ΛΑΤΙΝΙΚΟΥ ΧΡΥΣΟΒΟΥΛΑΟΥ

vantiam ac perseverantiam servaturum, prestito in animam meam corporaliter iuramento. et promitto et confirmo. predictum iuramentum predicti Logothete nostri approbo et ratifico. Sic me deus adiuvet et hec Sancta dei evangelia. Hec autem 20 omnia suprascripta facit Imperium nostrum ad Sanctissimum et beatissimum Summum Pontificem et Venerabilem Patrem nostri Imperii Universalem Papam, dominum Johannem Vicesimum primum et per ipsum ad omnes successores suos, reborans ipsa per proprie manus dei gratia Imperiale Subscriptiōnem suam et per Sigillum potentie sue. Mensis Aprilis Quinte Indictionis sexto Milleno Septimo centeno. Octua-

gesimo quinto anno. Actum est hoc in Urbe nostra Constantinopol. in Sacro nostro palatio Blachernarum.

† Μιχαὴλ ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ρωμαίων Δασκαλός Ἀγγελος Κομηγηνός δι Παλαιολόγος.

(Ἔδε ἀνωτέρω ἐν σ. 118 πανομοιότυπον τῆς δι' ἑρμηρῶν γραμμάτων ἐλληνικῆς ὑπογραφῆς τοῦ αὐτοκράτορος μετὰ τῶν τελευταίων στύχων τοῦ λατινικοῦ κειμένου).

8^ο.

Cum Sanctus dominus meus Imperator et pater Imperij
mei transmisérit ad beate memorie Sanctissimum illum Uni-
versalem Papam dominum Gregorium decimum litteras Im-
perij sui de verbo ad verbum sic continentes. Sanctissimo et
beatissimo Primo et Sunimo Pontifici, apostolice sedis et uni-
versali pape et Communi Patri omnium christianorum et uni-
versali Imperij nostri Patri. Domino Gregorio. Michael in
Christo deo fidelis Imperator et moderator Romeorum Ducas.
Angelus. Comminus. Paleologus. Spiritualis filius magne Sancti-
tatis vestre convenientem honorem et reverentiam cum sin- 10
cera et pura affectione et orationum postulationem. Quoniam
missi sunt a magnitudine vestra ad Imperium nostrum nun-
tij deo placentis ordinis minorum videlicet frater Ieroni-
mus de Esculo. frater Raymundus Biringarius. frater Bona-
gratia de Sancto Johanne in Perseceto et frater Bonaventura 15
de Mugello. et obtulerunt litteras vestre magne Sanctitatis
in quibus cum alijs et de professione fidei quam docet et pre-

* Ὁποῖοις χειρὶ τοῦ αὐτῶν. Professio Catholicae fidei facta per An-
dronicum Imperatorem Romeorum filium Michaelis.

Ἄλλη χειρὶ Professio Fidei Catholicae ab Andronico Graecorum
Imperatore emissā.

CC

26

A. 72

138

'Ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ γράμματος τάξις' Michael pater et Andronicus filius Imperatores fatentur et confirmant fidem christianum. Alia est eius tenoris et data sumata

R. X.

E.Y.Δ.Ν.Κ.Τ.Π.
ΙΩΑΝΝΙΝΑ 2016

dicat et confitetur Sancta ecclesia Romana continebatur et oportebat in hijs magis responsionem convenientem nos facere. Ecce hoc facit Imperium nostrum. Habetur autem professio fidei in dictionibus taliter. Credimus sanctam trinitatem.

5 Patrem et filium et spiritum Sanctum. Unum deum omnipotentem totamque in trinitate deitatem coessentiali et consubstantialem coeternam et coomnipotentem unius voluntatis potestatis et maiestatis creatorem omnium creaturarum. a quo omnia per quem omnia in quo omnia que sunt in celo et in

10 terra visibilia et invisibilia corporalia et spiritualia. Credimus singulam quamque in Sancta Trinitate personam. Unum verum deum plenum et perfectum. Credimus ipsum filium dei verbum dei eternaliter natum de patre consubstantialem coomnipotentem et equalem per omnia patri in divinitate temporaliter natum de spiritu sancto et Maria semper Virgine cum anima rationali duas habentem nativitates. unam ex patre eternam, alteram ex matre temporalem deum verum et hominem verum proprium in utraque natura adque [sic] perfectum non adoptivum neque fantasticum. set unum et unicum

20 filium dei in duabus et ex duabus divina scilicet et humana naturis in unius persone singularitate impassibilem et immortalem divinitatem. set in humanitate pro nobis et pro salute nostra passum vera carnis passione mortuum et sepultum et descendisse ad inferos ac tertia die resurrexisse a mortuis vera

25 carnis resurrectione. die quadragesimo post resurrectionem cum carne qua surrexit et anima ascendisse in celum et sedere ad dexteram patris inde venturum iudicare vivos et mortuos et redditurum unicuique secundum opera sua sive bona fuerint sive mala. Credimus in Spiritum Sanctum. plennum et perfectum verumque deum ex patre et filio procedentem coequalem et consubstantialem et coomnipotentem et coeternum per omnia patri et filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem non tres deos set unicum deum omnipotentem eternum invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam


35 catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam in qua unum datur baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem carnis huius quam nunc gestamus et vitam eternam. Credimus etiam novi et

veteris testamenti legis ac prophetarum et apostolorum unum esse auctorem deum ac dominum omnipotentem. hec est vera fides catholica et hanc super dictis articulis tenet et predicat Sacrosancta Romana ecclesia. Set propter diversos errores a quibusdam ex ignorantia et ab alijs ex malitia introductos. 5 dicit et predicat eos qui post baptismum in peccata labuntur non rebaptizandos set per veram penitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere penitentes in caritate decesserint ante quam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et ommissis eorum animas penis purgato- 10 rij hoc est catharterij sicut frater Johannes nobis explanavit post mortem purgari et ad penas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia. missarum scilicet sacrificia orationes et helemosinas et alia pietatis officia que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum eccle- 15 sie instituta. Illorum autem animus qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt. illas etiam que post contractum peccati maculam vel in suis manentes corporibus vel eisdem exute prout superius dictum est sunt purgate mox in celum recipi. Illorum autem animas 20 que in mortali peccato vel cum solo originali decedunt mox in infernum descendere penis tamen disparibus puniendas. Eadem Sancta Romana ecclesia credit et firmiter asseverat et quod nichilominus in die Judicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt reddituri de 25 factis propriis rationem. Tenet etiam et docet Sancta eadem Romana ecclesia. septum esse ecclesiastica sacramenta. unum scilicet baptisma de quo dictum est supra. aliud est sacramentum confirmationis quod per manus impositionem episcopi conferunt crismando renatos. aliud est penitentie. aliud 30 est Eucharistia. aliud est sacramentum ordinis. aliud est matrimonij. alud est extrema unctione que secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus [sic] exhibetur. Sacramentum eucharistie ex azimo conficit eadem Romana ecclesia tenens et docens quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur 35 in corpus et vinum in sanguinem domini nostri Ihesu Christi. de matrimonio vero tenet quod nec unus vir simul plures uxores nec una mulier simul habere permittitur plures viros.

Soluta vero lege matrimonii per mortem alterutrius coniugum, secundas et tertias et deinde nuptias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa aliqua non obstat. Ipsa quoque Sacrosancta ecclesia Romana summum et plenum primatum et principatum super universam catholicam ecclesiam obtinet quem se ab ipso domino in beato Petro apostolorum principe seu vertice cuius Romanus pontifex est successor eum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut pre ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si que de fide suborte fuerint questio-
 10 nes suo debent iudicio diffiniri ad quam potest gravatus qui libet in negotiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare. Set et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potest recurri iudicium et eidem omnes
 15 ecclesie sunt subiecte. Ipsarumque prelati obedientiam et reverentiam sibi debent, apud quam sic plenitudo potestatis consistit quod ecclesias ceteras ad sollicitudinis partem admittit, quarum multas et patriarchales precipue diversis privilegiis eadem ecclesia Romana honoravit. Sua tamen preroga-
 20 tiva tam in generalibus conciliis quam in quibuscumque alijs semper serva. Superius scriptam fidei veritatem prout plene lecta est et fideliter exposita, veram sanctam catholicam fidem et orthodoxam esse ipsam cognoscimus et acceptamus et ore ac corde confitemur quod ipsam vere tenet et fideliter do-
 25 cet et predicit Sacrosancta Romana ecclesia et inviolabiliter observare ipsam professionem et in ipsa omni tempore perseverare et nullo unquam tempore ab ipsa discedere quoquo modo aut deviare seu discordare promittimus. Primatum quoque eiusdem Sancte Romane ecclesie sicut in premisso tenore
 30 continetur ad ipsius Sancte ecclesie obedientiam, spontanei venientes confitemur et recognoscimus et acceptamus et sponte suscipimus. Confidentes [sic] vere hec et approbantes et acceptantes et promittentes observare, ut superius dictum est Rogamus magnitudinem vestram ut nostra ecclesia dicat
 35 Sanctum Symbolum prout dicebat hoc ante Scysma, et usque ad hodiernum diem et quod permaneamus in nostris ritibus quibus utebamur et ante Scysma qui ritus non sunt contra prescriptam fidem nec contra divina mandata, nec contra ve-

tus et novum testamentum. nec contra doctrinam Sanctorum generalium Conciliorum et Sanctorum patrum acceptorum per Sancta Concilia que celebrata sunt spirituali dominatione ecclesie Romane. Hoc igitur non grave est vestre Sanctitati et non inconsuetum et nobis nunc difficile propter immensam multitudinem populi. Commisimus super hijs presentibus nuntijs nostris ut dicta per presentes litteras nostras confiteantur et affirment vice Imperij nostri coram magna Sanctitate vestra. Presens igitur scriptum de nostra recognitione. susceptione. acceptatione et professione propria manu nostra dei gratia Imperiali subscriptione signavimus et sigillum nostre potentie inferius [sic] appendi fecimus. Et cum ipsa de verbo ad verbum sanctus meus dominus Imperator et pater Imperij mei transmiserit ad dictum illum Sanctissimum universalem papam dominum Gregorium. et Imperium meum sequeus sanctum meum dominum Imperatorem et patrem Imperij mei transmiserit ad eundem Sanctissimum universalem papam litteras suas approbans et acceptans ea que Imperium suum significaverat et approbaverat et confirmaverat que vice Imperij sui iuravit per corporale iuramentum et confirmavit magnus Logotheta coram illo Sanctissimo universalis papa domino Gregorio et tunc congregato apud Lugdunum Sacro-sancto Concilio. Hunc vero Sanctissimi et beatissimus Universalis papa et communis pater omnium christianorum et venerabilis pater Imperij nostri dominus Johannes Vicesimus primus per venerabiles nuntios suos. videlicet Jacobum Ferrentin. Gaufridum Taurinen. Episcopos et fratres scilicet Raynonum Priorem Conventus Viterbien. et Salvum Lectorem Lucanum ordinis predictorum petijt ut confirmet etiam per corporale iuramentum Imperium nostrum ea que dictus magnus Logotheta iuravit et hoc complevit Sanctus meus dominus Imperator et pater Imperij mei secundum petitionem dicti Sanctissimi universalis pape et venerabilis patris Imperij nostri domini Johannis Vicesimi primi et roboravit ipsa per corporale iuramentum. Imperium meum per omnia sequens Sanctum meum dominum Imperatorem et patrem Imperij mei consequenter suprascripta sicut [sic] iurat. Ego Andronicus in Christo deo fidelis. Imperator Constantinopolita-

nus semper Augustus et Moderator Romeorum et omnium
 subiectarum gentium, Imperio Roman. Ducas. Angelus. Co-
 minius. Paleologus. Omne Scysma prorsus abiuro et supra-
 scriptam fidei veritatem prout plene lecta est et fideliter ex-
 posita, veram, sanctam catholicam, et orthodoxam fidem esse
 cognosco. eam accepto. et corde et ore profiteor. ipsamque
 prout eam veraciter tenet. fideliter docet et predicit. Sacro-
 sancta Romana ecclesia me inviolabiliter servaturum. nec ab
 ea ullo umquam tempore recessurum vel quoquo modo devia-
 turum vel discrepaturum promitto. Primum quoque ipsius
 Sacrosancte Romane ecclesie prout in premissa serie contine-
 tur ad ipsius ecclesie obedientiam spontaneus veniens fateor.
 recognosco. accepto. et sponte suscipio et omnia premissa
 tamcirca fidei veritatem quam circa eiusdem ecclesie prima-
 tum. et ipsorum recognitionem. acceptationem. susceptionem



ΥΠΟΓΡΑΦΗ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ Α' ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ
 ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΤΕΛΕΥΤΑΙΩΝ ΣΤΙΧΩΝ ΤΟΥ ΥΠ' ΑΡΙΘ. 8 ΛΑΤΙΝΙΚΟΥ ΧΡΥΞΟΒΟΥΛΟΥ

observantiam ac perseverantiam servaturum prestito in anima
 mea corporaliter iuramento promitto et confirmo. et dictum
 iuramentum predicti magni Logothete prout in littera Sancti
 mei domini Imperatoris et patris Imperij mei continetur ap-
 20 probo et ratifico. Sic deus me adiuvet et hec sancta dei evan-
 gelia. Hec autem omnia suprascripta facit Imperium nostrum
 ad Sanctissimum et beatissimum summum pontificem et ve-
 nerabilem patrem Imperij mei universalem Papam dominum
 Johannem Vicesimum primum et per ipsum ad omnes suc-
 25 cessores suos roborans ipsa per proprie manus dei gratia Im-

perialeim subscriptionem meam et per sigillum potentie mee ad certitudinem perpetuo duratura. Presens autem Sacramental actum est in felici urbe nostra Constantinopolitana in nostro sacro Palatio Blakernarum mense Aprilis Quinte Indictionis. Sexto Milleno. Septimo centeno octuagesimo Quinto à feliciter amen.⁴

† Ἀνδρόνικος ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Δούκας Ἅγγελος Κομηγὸς ὁ Παλαιολόγος.

"Ιδε φανωτέρω ἐν σ. 124 πανομοιότυπον τῆς δι' ἑρυθρῶν γραμμάτων ἐν τέλει τοῦ χρυσοβούλλου Ἑλληνικῆς ὑπογραφῆς τοῦ αὐτοκράτορος μετὰ τῶν τελευταίων στίχων τοῦ λατινικοῦ κειμένου.

9^ο.

Sanctissimo et beatissimo summo pontifici apostolici sedis Veteris Rome, reverentissimo et dignissimo pape domino J[oanni], domino et patri imperii nostri, Andronicus, in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romeorum, Paleologus, debitam inclinationem cum reverentia et devotione sincera. Religiosus frater dominus Benedictus de Cumis, de reverendo Ordine patrum Predicotorum, sacre theologie magister, ad nos nuper pervenit, et licet reverendas litteras Vestre Paternitatis non aportaverit, ad imperium nostrum, nichilominus ex litteris vestris, transmissis karissimo filio imperii nostri marchioni Montisferrati, ex tenore ipsarum cognovimus et perceperimus illud quod V[estra] S[anctitas] ammonebat et persuadebat nobis dici. Et etiam dictus frater dominus Benedictus collacionem similiter nobiscum habuit et exposuit illa omnia que commissa fuerant sibi dicere et exponere im- 15 perio nostro. Quem quidem fratrem gratanter recepimus ut nuntium transmissum etiam de voluntate et mandato S[an-

* Τό γράμμα τούτο τοῦ Ἀνδρονίκου Β' Παλαιολόγου, ἀκοδομένον μεταξύ τῶν ἑταῖρων 1328 καὶ 1341, καθ' ἡ τέρτια, (περιλαμβάνεται ἐν φ. 90α τοῦ λατινικοῦ κώδικος 635 τῆς οὐλλογῆς Διαρυμάτων τῆς Εθνικῆς βιβλιοθήκης Ηρακλείου), καὶ ἔξεδόθη τό πρῶτον ὑπό τοῦ κ. Ἐρρίκου Ομονοΐ, ἐν τῇ Bibliothèque de l'École des Chartes Τόμ. LXVII (1906) σ. 587.

ctitatis] V[estre], et verba per eum exposita nobis audivimus et intelleximus, et quia ipsum fratrem dominum Benedictum, hominem bene morigeratum, vidimus et perpendimus, ad Deum reverentiam habentem et ipsum timentem, confidenter 5 cum ipso collationem habuimus latius et cum consueta nobis veritate aperte sibi exposuimus super intimatis nobis verbis per eum nostras responsiones, quas confidimus quod appor- tabit et dicet in conspectu Vestre Paternitatis, et quod ipsas recipietis secundum magnam et excelsam vestram discretio- 10 nem, et quod vos, si placet, habetis V[estre] S[anctitati] recom- mendatos, quia cum cognoscamus diligenter quantum sit nostrum debitum reverentiam omnimodam offere S[anctitati] V[estre] parati sumus et erimus debitum honorem attribuere semper Vestre Paternitati.

(*"Ἐπειτα ἐν τῷ προσεχεῖ τεύχει τὸ τέλος"*)